

NUMMUS CASTRENSIS

CAROLI V. IMP. DURANTE EX-

peditione, contra Franciscum Galliarum Regem, sub-

indere res novas in Galliâ & Italiâ molien-

tem, susceptâ. Anno Chri-

sti 1537.



OVÆ hujus condendæ monetæ causam præbuisse videtur res prosperè feliciterque per Cæsaris Duces, in Atrebatibus & agro Pedemontario, gestæ. Dum enim in Hispania anno penè toto subsisteret Cæsar, exercitus eius Belgicus Floro Burensi ductore, Sampaulum oppidum & arcem in Atrebatibus, Junio mense, vi capit: præsidariis omnibus necatis.

Inde profectus in Morinos, Terovennam oppidum obsidet; frustra tamen. Ibi demum induciæ factæ sunt decem mensium, in ea solum regione. Nam in Gallia subalpina seu Pedemontio, vigeat bellum nihilo secius: & Cherium oppidum vi receptum fuit à Cæsarianis ingenti edita strage militum atque civium. Ulterius etiam progressi, cum Taurinum commeatu inter-

cluderent, Galliæ Rex, autumnî tempore, conscriptis copiis filium natu ma-

jorem Henricum & Annam Momorantium eò mittit, qui ferro patefactâ viâ præsentem in ediam suble-

varunt. *Sleidanus.*

208